

deliciis est<sup>v</sup>, non videbit sponsum suum. Ne dicas: Contristavit me famula et<sup>w</sup> retribuam illi<sup>x</sup>, propter<sup>z</sup> quod non est servitus in filiabus dei. Non des auditum tuum verbis vanis, et narrationes malorum<sup>a</sup> fuge. Circumvenientium<sup>b</sup> ferias ebriosas<sup>c</sup> fuge<sup>d</sup>, et ad<sup>e</sup> nuptias alienas<sup>f</sup> ne ieris<sup>g</sup>. Immunda enim<sup>h</sup> omnis virgo faciens hæc.

Aperi os tuum verbo dei, et cohibe a multiloquio<sup>i</sup> linguam tuam. Coram domino<sup>j</sup> humilia te ipsam, et exaltabit te dextera eius. Ne avertaris a paupere in tempore tribulationis, et non deficiet oleum lampadi<sup>k</sup> tuae. Omnia fac propter deum<sup>l</sup>, et noli quaerere ab hominibus gloriam. Quoniam gloria hominis sicut flos feni, gloria autem domini manet in aeternum.

Virginem mansuetam diligit dominus, virgo autem iracunda odibilis erit<sup>p</sup>. Obediens<sup>q</sup> virgo misericordiam consequetur<sup>s</sup>, contradicens autem valde insipiens est<sup>u</sup>.

quae deliciatur non videbit sponsum suum. Ne dixeris: Contristavit<sup>y</sup> me famula mea et contribulabo eam, — quoniam non est servitus inter filias Dei. — Ne dederis auditum tuum sermonibus vanis et narrationes circumventium anicularum fuge. Festivitates ebriosas fuge et ad nuptias saeculares ne ieris; immunda enim apud Dominum omnis virgo quae sequitur ista. Aperi os tuum verbo Dei et prohibe a multiloquio linguam tuam. — In conspectu Domini humilia teipsam, et exaltabit te dextera eius. — Ne aversata fueris inopem in tempore tribulationis, et non deficiat oleum lampadis tuae. Fac omnia propter Dominum et ne quaesieris<sup>m</sup> ab hominibus<sup>n</sup> gloriam, quoniam gloria humana sicut flos faeni<sup>o</sup>, gloria autem Domini manet in aeternum. — Virginem mansuetam diligit Dominus; virgo autem iracunda odibilis erit. Oboediens<sup>r</sup> virgo misericordiam consequetur; quae<sup>t</sup> autem contradicit vehementer insipiens est. Quae curat iunctum sibi opus cum diligentia inveniet<sup>v</sup> mercedem magnam; quae autem negligit negle-

v) agit H.      w) fehlt H.      x) ei H.      y) contristabit S.      z) propterea H.  
a) vetularum H.      b) circumeuntium (noch zum vorhergehenden Satz gezogen) H.      c) ebriosarum H.      d) ne videas H.      e) in H.      f) alieni H.  
g) abieris H.      h) folgt apud Dominum H.      i) korr. aus multiloquium R.      j) Deo H.      k) lampadae H.      l) Dominum H.      m) quisieris S.  
n) omnibus S.      o) feni S.      p) est H.      q) Obaudiens H.      r) ovediens S.  
s) subsequetur H.      t) zu qui korr. S. Wilmart bemerkt hierzu: „quae corr., et saepius infra, qui“.      u) fehlt H.      v) inveniat S.